

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Atlas minor Gerardi Mercatoris**

**Mercator, Gerhard**

**Amsterodami, 1610**

Abruzzo & terra di Lavoro

[urn:nbn:de:bsz:31-118360](#)

## Abruzzo & Terra di Lavoro.

534

*Regio unde dicta  
Sunt.*

*Solifertilitas.*

*Flumina.*

*Montes.*

**H**AC Tabula duæ regiones in Regno Neapolitano peragrande succedunt, *Aprium & Terra Laboris*. Priorem *Aprium*, *Abruzzo vernacule* hodie vocant Itali. Fines ejus constitui solent ab Ortu Apuli Dauni cum amne Phiterno: ab Occasu Sabini & Picentes cum Truento fl. qua Septentrio est, Mare Hadriaticum: qua Meridies Picentini, Campani, Marsi, Aequicoli, secundum Apenninum Montem ultra citraque ex parte habitantes. Regio summa gaudet Cœli salubritate & incredibili Incolarum frequentia: amoena est & commoda versus Mare, sed montibus aspera in Mediterraneis. Præter alia Crocum abunde mittit, nutritaque Animalia innumera. Hodie hujus tractus Caput *Aquila*. Condidisse eam perhibent Langbardos: Carolum inde Martellum vel ut aliis placet, Fridericum et Imp. mœnibus cinxisse, munuisseque: Colonis Civium jure, & civitati *Aquile* nomine adsignato ab signo Cæsarico, vel potius ab fausto *Aquile* nomine. Ea autem brevi maximis incrementis ita auxit, ut civitatum reliquarum principatum in hac regione facile nunc obtineat. Sunt præterea *Gauſtum* *Amontum* vernacule *Gauſto d' Amone*: Plinio Melaeque *Hifſtonium*: *Iſtonium* Pt. sine aspiratione. *Lancianum* celebre Emporium: quo quotannis mensibus Majo & Augusto Italiae, Inlurici, Sicilia, Græcia, Afia & reliquarum mundi partium Negotiatores ad frequentissimum conveniunt Mercatum. *Sulmo Συλμον* Pt. & Σελμον Str. Hodie *Sulmona* est teste Leandro: aliquibus male *Sermona* dicuntur. Vrbs est pulchritudine loci, frequentia populi, aquarum abundantia in primis nobilis. Ovidii patria. *Chieti*, vel *Civita Cheto* vulgo, Vrbs Archiepiscopal. *Asculum antiquissima Civitas*, *Asclum* Antonino. Plin. nobilissimam *Piceni Coloniam* appellat. Iacet plano patuloq; campo, munitissimo in loco, incenibus firmis. Ab una parte Mons sublimis in quo sita est Arx: ab altera Truentus ripis præ altis munit. *Beneventum* auspicatus mutato nomine, quum initio appellaretur *Maleuentum*, ab *Malo Vento*, quem injuriosum & horribilem sape patitur, *Beneventi* vulgo. Situ urbs est admodum oportuno, & ameno, summa agrorum bonitate præstans. *Sora* vicina est *Liri* *Amni*: populo hauid infrequens, tituloque *Ducatus* ornata. *Aquum* Pt. Nobilitavit hanc patriam suam *Thomias* magnus Philosophus, *Aquinas* hinc cognominatus. Nomen retinens collapsa pene jacet, vestigia præferens pristinæ amplitudinis: Comitatus habens titulum. Reliqua describere Opida chartæ angustia prohibeor. Flumina hic *Phitermus*, quo Samnum ab Apulia dividitur: *Fortore* vulgo. Ejus in Tiferno monte fons est, haud procul a Boviano. Exonerat se in Mare Hadriaticum juxta *Lefinensem Lacum*. *Tirinus* quod *Portuofum* notat Plin. *Afinella*, *Sentus*, *Sangrus*. Sunt item *Morus*, *Feltrinus*, *Pescara*, *Aternus*, *R. fentus*, *Orta*, *Liberrata*, *Salinus*, *Plumba*, *Vomanus*, *Turdinus*, & alia. Montes porro in Samnitibus adeo sunt excelsi, ut etiam ipsos Apenninos superent. Inter eos *Mons Virginis*, ob D. Mariæ Templum nominatisimus. *Marella* amplitudinis vastissimæ ad sensu difficultissimus, rupibus asperimus. Cacumen perpetua nive tegitur: multa herbida habet prata: plurimos efundit Fluvios: Silvis superbis immensis, Ferarum copia scatentibus: præcipue Vrforum: Rupibus etiam abruptis horret plurimis. Sunt & Iuga Apennini: quæ *Montes Tremuli* vocantur.

*Tara*



## Terra di Lavoro.

*Regio.  
Sinu.*

*Soli qualitas.*

*Imperium ma-  
jorium.*

*Urbes.*

**T**erra Laboris, Terra di Lavoro, Regio hac audit hodie. Ea dicta olim Campania. Fines ejus, ut videre est apud Strab. Ptol. & alios, ad Occasum Liris, Latium ad alteram relinquens oram; ad Septentrimonem, Sannitium Montes; qua Ortus est, Silarus Fluvius, Lucaniam hinc dirimens, parsque Agri Samnitium quos dixi: qua Meridies: Mare Tyrrhenum five: Infertum. Vere *Campus* est *Campania* in quem Natura luxurians effusisse videtur largissimo Sinu quidquid uspiam est Deliciarum, Amoenitatum, Gaudiorum & Oblectationum. Paradisus vere Iraliz. Tam incredibilis ibi rerum est fertilitas. Principatum habuerunt olim in hac regione variii Populi, de quibus Strabo lib. v. Et Plin. lib. 111 cap. v Opici, cognomine *Anones*, *Osci*, *Cumani*, *Tufci*, *Sannites*, qui postremum a Pop. Rom. debellati sunt. Hac in genere paucis de Campania: iam nunc specialior me vocat ejus descriptio, & primum Vrbium. Caput Campanie Regnique Neapolitani Metropolis *Necropolis* in Numismatibus dicitur. Nomen hodie retinet, *Neapolis* vulgo audiens. Spatium amplectitur magnum inter mare collumque amoenissimorum radices edificata magnifice: Muris firmissimis: Propugnaculis, Turribus, Castellisque, praesertim iussu Caroli V, cuiusjam nunc paret Nepoti, ut sit quasi inexpugnabilis, munita. Fossas habet LXXX pedes profundas: Portas octo: Fora ampla. Fontes publici, ex quibus aqua limpidissima nunc Lanceæ altitudine, nunc duorum capitum crastitudine, nunc per centum fustulas prosilit, sunt innumeri. Forma est oblonga, seque in modum dimidiatus Lunæ incurvans. Circuitus olim 111, nunc, prolati pomerio, v milliarium. Aere gaudet permolli & placido: hiemen vix sentit. Aedes hæc Vrbs cum Divorum tum hominum habet ornatisimas: arces invictissimas. Academiam etiam ab Friderico 11 Imp. institutam: ad quam Studiosorum ex toto regno magnus fit concursus. Sunt & Bibliothecæ aliquot, in quis primi loci D. Dominici. Ager suburbicarius, vicinique colles amoenissimi sunt & jucundissimi: Fruumenti, Vini, variorum Fructuum, Herbarum, Florum, terumque omnium, ad Hominum Animaliumque necessitatem, voluptatem, delicias facientium feracissimi. Multa de hac Vrbe brevitati fluidens prætereo. Sunt & aliae, *Capua Vetus* & *Nova*. *Vetus* nulli non Latinorum Scriptorum nota. Splendor ejus, amplitudo & magnificentia ab omnibus summopere passim celebratur. Visuntur hodie ejus altero ab *Nova Capua* lapide peringentes ruinæ, juxta Templum D. Mariae Gratianum. *Nova Capua* ex Antiquæ dirute ruinis cœpit excitari, feliciterque crescere, quam conspicere jamnunc est aditam finistræ Vulturni ripæ, duodecimo ab Mari lapide, in planici, satis magnificam, commode habitatam, sed infrequentius: strata milibus, plateas habentem rectas, altaque edificia. Adluit eam ab Ortu & Septentrione Vulturnus, indeque in Occalam reflectitur. Ponseil supra annam ex lapide insignis. *Teanum* cognomento *Sidicinum*. Desertum hodie *Theano* vernacula dicitur: Episcopatus nihilominus titulo nobile. *Calvi* opidum Episcopatus dignitate superbiens: *Cales Virg Cuma* Str. & Ptol. aliisque Græcis. Nunc hic omnia fere considerunt, oppletaque jacent ruinis, ut tamen undique amplissimorum operum vestigia satis agnoscantur.

Sunt

## TERRA DI LAVORO.

537

Sunt etiam *Aversa*, *Caserta*, *Nola*, *Summa*, *Puteoli*, atque alia minorum gentium Opida. Inter Lacus paludes. *Lacus*. que, quae Campaniae loci principis sunt *Lucrinus* & *Avernus*. Tribuuntur & Campaniae *Limentina Palus*, *Po-*  
*peia* & *Statine Paludes*. Flumina sunt *Liris*, qui suscipit dextra quidem *Fibernum*, *Cosam*, *Alibrum*, *Trerum*, & *Flumina*.  
 alios. Sinistra vero *Casinum*, *Melfam*, & *Omnem*. *Liri* succedit *Vultunus*. Hic amnes torrentesque multos  
 colligit: inter ceteros, dextra quidem *Cusum*, *Correttum*: Sinistra *Freddum*, *Pratellum*, *Sabbatum*, *Iscerum*, &  
*Montes*.  
 alios. Glanis item *Limentinus*, *Sebetus*, *Sarnus*, *Ebor*, *Ebolis*, *Silarus*. Montes hue pertinent *Gaurus*, *Massicus*,  
*Falernus*, alii, ut *Vesuvius*, *Pansitpus*, *Misenus*, *Culma*, *Mons Christi*, *Taburnus*, *Tifata*, *Planus*, *Astranus*, &  
*Trifolmus*. In Regno autem Neapolitano hi sunt Principatus & Dominia: Principatus x, *Ascoli*, *Bisignano*, *E-*  
*voli*, *Mele*, *Melfetta*, *Monchercole*, *Squillace*, *Sigliano*, *Sulmona*, *Venosa*. Ducatus *XXIIII*, *Andri*, *Amalphi*, *Ariano*,  
*Asu*, *Bojano*, *Castrovilliari*, *Gravina*, *Martina*, *Montalto*, *Monteliano*, *Nardo*, *Nocera*, *Popoli*, *Roccadas Mondra-*  
*gona*, *S.Pietro in Galatina*, *Seminara*, *Sessa*, *Somma*, *Sora*, *Tagliacozzo*, *Termoli*, *Terranova*, *Traietto*. Marchionatus  
 xxx. Comites de Statu *LI*: *Barones* titulati *CCCCCI*. Archiepiscopatus & Suffraganei in hac ta-  
 bula ex provinciali Romano sunt. In Aprucina & Marticana Provincia Episcopatus hi, *Aquilenis*, *Forcanensis*,  
*Marsicanus*, *Valvensis* seu *Sulmonensis*: *Theatinus*, *Adiensis*, *Pennensis*, *Aprutinus* seu *Teranus*. Archiepiscopus  
*Beneventanus*: hujus Suffraganei *Telefensis*, *Agathae*, *Alphienensis* vel *Alphorensis*, *Mons Marani*, *Mariano* op-  
 nor, *Avellinenensis*, *Vicanensis*, *Arianensis*, *Bojanensis* vel *Rojanensis*, *Asculanensis*, *Nucerinus*, *Tertibulensis*, *Traco-*  
*nensis*, *Ulturanensis*, *Alarnenensis*, *Ferentinenensis* vel *Florensis*, *Civitatensis*, *Termelenensis*, *Lesinensis*, *Frequentinenensis*,  
*Truentinenensis*, *Bimnenensis*, forte *Bomia*, *Vadiensis* vel *Gadiensis*, *Musanensis*, *S. Marie*. Archiep. *Neapolitanus*, cui  
 subsunt *Aversanus* exemptus, *Nolanus*, *Puteolanus*, *Cumanensis*, *Accerranus*, *Iscalanus*. Archiep. *Capuanus*, cui  
 parent *Theanensis*, *Calvensis*, *Calmenensis*, *Succianus*, *Uenafranus*, *Aquitaniensis* vel *Aquinatensis*, *Isernensis*, *Caserta-*  
*vensis*, *Cajaciensis*, *Casinensis* exemptus. Archep. *Amalfitanus*, ei subsunt *Capricanensis*, *Scalensis* vel *Camensis*, *Mi-*  
*norenensis*, *Siteranensis*. Archiep. *Sarnitanus*, *Caput Aquensis*, *Policastrensis*, *Nusautanensis* vel *Nuscanensis*, *Sar-*  
*nenensis*, *Acervenensis* vel *Acernensis*, *Marcicensis*, *Ravelensis* exemptus. Archiep. *Surrentinus*, cui subsunt *Lobrensis*, *Sal-*  
*penensis*, *Aquensis* vel *Equensis*, alias *Vicensis* vel *Vicanus*, *Castellimaris* vel *Stabienensis*. Atque hec de hac Regni Neapo-  
 litani parte sufficient, ad alteram tranleo.

Y y

SEQUITUR